



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Liber Octavvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

DE RETI. FIDE OR. 150

runt. Sed auersi (vt scribitur) texerunt eum. Quod est, erratū sanctiviri, nec ap probasse, nec prodidisse, atque idcirco beata in posteros, benedictione donati sunt. hæc ille.

Gen. 9.

LIBER OCTAVVS.

CAPVT I.



Tertio loco si meministi Cacodoxe, tenuit D. Augustinum in gremio Ecclesiæ autoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata. De qua quidem autoritate lib. 11. contra Faustum cap. 2. etiam ait: Ecclesiæ autoritas ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorum, vsque ad hodiernum diem, succedentium sibimet Episcoporum serie, & tot populorum consensione firmatur. CACODO. Qualis est ista autoritas, in quo consistit, & penes quos est? ORTHODOXVS. Ista est autoritas ligandi & soluēdi, ista est potestas excōmunicandi & rebelles coercendi, item præcipiendi & statuendi, denique

Ecclesiæ autoritas ac potestas

V 4 ordinan-

IOANN. SLO. GEF.

**Autoritas
Ecclesie,
penes quos
sit.**

ordinandi & conficiendi corpus & sanguinem Christi verum. Hæc autoritas atque potestas, est penes ordinem hierarchicum, hoc est, Episcopos, sacerdotes & cæteros ministros Ecclesie. Hanc autoritatem aut potestatem Christus contulit primo Apostolis, tamen in posterum descensuram. De potestate excommunicandi & indignos ac rebelles, à dignis Christianis separandi, simul cum obedientia quæ illis debetur, Apostolis & successoribus eorum contulit apud Matt. 9, 18. vbi postquam de fraterna correctione disseruit, subiungit: Si Ecclesiam non audierit (tanquam rebellis & contumax) sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et conuersus ad Apostolos quibus id muneris delegabat, adiecit: Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Vbi habes potestatem iurisdictionis nuncupatam, sanctis Apostolis & eorū successoribus delegatā, quantū ad formā ecclesie externā. Quantū verò ad munus doctrinæ,

Matt. 18

DE
strina
ga con
Christi
lis etia
cut mi
hoc di
te spir
tis pec
tem re
ba (vt h
nitent
sunt, n
testate
bus ec
testate
vos au
me spe
lus, Pr
gimur
nos. D
endi n
in epi
gratia
sunt c
presb
Quon

& potestatem iurisdictionis, er-
 ga conscientias fidelium attinet, eam
 Christus post resurrectionem suam il-
 lis etiam contulit, vbi ait: Pax vobis, si-
 cut misit me pater, & ego mitto vos, & *Ioan 20.*
 hoc dicens insufflauit & dixit: Accipi-
 te spiritum sanctum, quorum remiseri-
 tis peccata, remittuntur eis: quorum au-
 tem retinueritis, retenta sunt. Quæ ver-
 ba (vt habet D. Ambrosius lib. 1. de pœ-
 nitentia c. 1.) non solum apostolis dicta
 sunt, nec eis duntaxat diuinam hanc po-
 testatem contulit, sed etiam successori-
 bus eorū, domini sacerdotibus. De po- *Luc, 10.*
 testate præcipiendi & statuēdi, ait: Qui
 vos audit, me audit: & qui vos spernit,
 me spernit. Vnde etiam Apostolus Pau- *1. Cor, 16.*
 lus, Pro Christo, inquit, legatione fun-
 gimur, tanquam Deo exhortante per
 nos. De potestate ordinandi & institu- *Tit, 2.*
 endi ministros Ecclesiæ scribit Paulus
 in epistola ad Titum, dicens: Huius rei
 gratia relinqui te Cretæ, vt ea quæ de-
 sunt corrigas, & constituas per ciuitates
 presbyteros, sicut & ego constitui tibi.
 Quomodo autem potestas ista commu-
 nuni-

IOANN. SLOT. GEF.

1. Tim. 4.

nicaretur & conferretur, scriptura non tacuit. Nam legimus Paulum & Barnabam per impositionem manuum diuina dispositione ad apostolatus munus fuisse ab Apostolis delegatos, ieiunio & orationibus præcedentibus. Vnde etiam idem Apostolus Timotheo scribens: Noli, inquit, negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij, id est, quæ data est tibi per manuum impositionem, qua dari solet ordo presbyterij. Et iterum: Admoneo

2. Tim. 2.

te ut resuscites gratiam Dei quæ est in te per impositionem manuum. Et 1. Timoth. 5. Manus, inquit, nemini citò imponueris, nec coicaueris peccatis alienis

3. Tim. 5.

ubi inquit Timotheo, ne sine delectu ordinet presbyteros, sed matura deliberatione. Hæc de potestate Apostolis & successoribus eorum collata, super corpore Christi mystico, quod est ecclesia. De potestate verò super vero corpore Christi, puta conficiendi sacræ Eucharistiam, est locus apud Lucam, ubi Christus Apostolis suis ait postquam

DE
quam
instit
am con
ratiuis
consec
lud en
ipsum
autem
buit, se
ctio ist
potent
te & po
quitur
consec
buend
hæc po
etiam
fit, vel
semel
lorum
Paulus
erceri
mat, po
ad fol
succes
culi.

DE RETI. FIDE ORTH. 152

quam hoc diuinissimum sacramentum
 instituit: Hoc facite, in me- Luc. 22.
 am commemorationem. Quibus impe-
 ratiuis verbis, actio communicandi &
 consecrandi apostolis præcipitur. Il-
 lud enim iubet facere, quod apostoli
 ipsum Christum videbant facere: ille
 autem non solum corpus suum distri-
 buit, sed & consecrauit. Cum igitur a-
 ctio ista (quæ omnis creaturæ excedit
 potentiam) fieri non possit sine faculta-
 te & potestate collata diuinitus, conse-
 quitur faciendi subinde potestatem &
 consecrandi & corpus Christi distri-
 buendi illis fuisse concessam. Porro quæ
 hæc potestas, nõ solum Apostolis, verum
 etiam successoribus eorum contradita
 sit, vel hinc liquet, quæ actiones istæ non
 semel aut bis, aut pro tempore Apосто-
 lorum, sed vsque ad finem seculi (vt D.
 Paulus 1. Cor. 11. exponit) in Ecclesia ex-
 erceri debuissent, quod satis confir-
 mat, potestatem istam, sicut neque alias
 ad solos apostolos pertinere, sed ad
 successores eorum vsque ad finem sæ-
 culi. Cæterum quanquam hæc po-
 testates

EF.
 tura non
 & Barna-
 um diui-
 s munus
 ieiunio
 .Vnde e-
 heo scri-
 gratiam,
 per pro-
 nuū pre-
 oi per ma
 solet or-
 dmoneo
 xæ est in
 .Eti. Ti-
 i citò im
 isalienis
 e delectu
 tura deli-
 Apostolis
 ta, super
 od est ec-
 per vero
 édi sacrá
 Lucam,
 ait post-
 quam

IOAN. SLOT. GEF.

testates omnes, ad autoritatem ecclesie videantur pertinere, maximè tamen illa, quæ collata est sacerdotibus Christi super corpore Christi mystico, quæ est potestas ligandi & soluendi, excommunicandi & rebelles coercendi, item præcipiendi, statuendi ac definiendi siue determinandi de dogmatibus fidei. Et hæc autoritas præcipuè ac principaliter est in concilijs œcumenicis, id est, vniuersalibus, rectè & legitimè coactis. Deinde in synodis etiam prouincialibus, in quibus plures Ecclesie conueniunt, sed non vniuersitatis nomine. Postremò ac vltimò est in episcopis, quam habent in sua quisque ecclesia, quam tamen decretis canonicis subiectam esse necessum est, ne aberrent ab vnitatem catholicam, & schisma introducantur.

CAPVT II.

CACOD. Hæc eadem autoritas est etiam apud nos. Nam habemus episcopos, habemus sacerdotes, habemus ministros Ecclesiarum, per ordinatos à Deo potestates deputatos nobis. **OR.** Habetis episcopos & presbyteros, sed non

Sacerdotes & episcopi lutheranorum, non veri, sed fictitij.

DE RETI. FIDE OR. 153

non veros nisi fortè si qui à nobis ad vos descuerint, qui prius in catholica Ecclesia à catholico Episcopo ordinati fuerunt. Illi verò qui apud vos ordinati, pro episcopis & presbyteris habentur, Pseudoepiscopi & Pseudofacerdotes sunt, eò quòd nullum ordinem, nullamue potestatem à prophano magistratu, siue à populo, aut certè ab apostatis & desertoribus monachis accipere potuerunt. Verùm quoniam suprà lib. 3. cap. 4. de hac re fusius egi, nolo in præsentiarũ pluribus verbis tecum agere. illud nũc adiecisse sufficiat, vestros nullam autoritatẽ habere, nihil illis à deo, aut legitima potestate commissum esse, sed sese sponte iniecisse ad subuertendum populum Christianum, vt verè de illis dici possit, quod Dñs apud Hieremiam de pseudoprophetis dicit: Falso Hier. 14. vaticinantur in nomine meo. Non misi eos, & non præcepi eis, neque loquutus sum ad eos. Visionem mendacem, & diuinationem fraudulentam, & seductionem cordis sui prophetant vobis. Et ite Hier 23 rum: Non mittebam prophetas, & ipsi curre-

IOANN. SLOT. GEF.

Eze. 13.

currerant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Et apud Ezechielem: Vident, inquit, vana, & diuiuunt mendacium, dicentes, Ait dominus, cum dominus non miserit eos, & perseuerauerunt confirmare sermonem. Ea propter rectè Tertulliani verba aduersus vestros producere iusta ratione possum, quibus in lib. de præscrip. hæretic. in hæc verba scripsit: Cupio, inquiens, ostendant mihi ex qua autoritate proderunt. Si alium Deum prædicant, quomodo eius Dei, rebus & literis & nominibus vtuntur, aduersus quem prædicant? Si eiusdem, quomodo aliter? Probenent se novos apostolos esse, dicant Christum iterum descendisse, iterum ipsum docuisse, iterum crucifixum, iterum resuscitatum. Sic enim Apostolos solet facere, dare illis præterea virtutem, eadem signa edendi quæ & ipsi. Volo igitur virtutes eorum proferre, nisi quæ agnosco maximam virtutem eorum, qua Apostolos in peruersum æmulantur. Illi enim de mortuis suscitabāt, isti de viuis, mortuos faciunt. Haftenus ille. Qui-

Potestas
miracula
faciendi.

DE
le. Qui
pe de
facien
Christ
testate
dicare
gnituc
do fa
tus ost
prædic
Euang
à nobi
dant fi
ctis su
monstr
deus se
gnis (r
re disp
Sicnem
na , &
monte
ribus te
peratus
mauit s
stolus in
initium

le. Quibus posterioribus eius verbis, ne
 pe de potestate illis concessa miracula
 faciendi, D. Hiero. ad stipulatur, dicens:
 Christus concessit apostolis primū po-
 testatem signorum, & tunc misit præ-
 dicare regnum dei, ut promissorum ma-
 gnitudini, attestaretur etiam magnitu-
 do factorum, fidemq; daret verbis, vir-
 tus ostensa, & nova faceret, qui nova
 prædicarent. Hæc ille. Si itaque vestri
 Evangelium verum prædicant, quod
 à nobis hætenus ignoratum fuit osten-
 dant signa, ædant miracula, quibus di-
 ctis suis fidem facere possint, & de-
 monstrare diuina esse, quæ docent. Nā
 deus semper solet prodigijs atque si-
 gnis (nouam quam mundo contrade-
 re disponit doctrinam) confirmare. **Miraculis
 semper cō-
 firmavit
 Deus no-
 uā quam
 mundo
 tradere vo-
 luit doctri-
 nam.**
 Sic nempe legem Moyfi in monte Sy-
 na, & legem nouam Euangelicam in
 monte Sion dedit, & illius prædicato-
 ribus testimonium perhibuit, eisq; coo-
 peratus est, eorumque sermonem cōfir-
 mauit sequētib. signis. Vnde etiā Apo-
 stolus in epist. ad Heb. Quum (inquit) **Mar 16.
 Heb. 2.**
 initium accepisset enarrari per dominū
 ab

IOANN. SLOT. GEF.

ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis & portentis & varijs virtutibus, & spiritus sancti varijs distributionibus, secundum suam voluntatem. Vnde Chryf. Hom. 14. in Matthæum: Quando nouum fit aliquid atque inopinatum, & politiz cuiusdam introductio, signa Deus facere consuevit, præstans quædam pignora suæ potentiz his, qui legem eius accepturi sunt. Sic igitur cum hominem facturus esset, mundum creauit vniuersum, ac tum demum facto homini legem in paradiso dedit. Et cum etiam Noe legem positurus esset, magna rursus mirabilia monstrauit, per quæ destruxit omnem creaturam, ac terribile illud pelagus per annum integrum toto fecit orbe diffundi, iustumque illum in tanta totius mundi tempestate seruauit. Abrahæ quoque multa signa legitur præstitisse, vt claram illam de regum bello victoriam, vt insignem quoque aduersus Pharaonem plagam, vt cū de varijs illum periculis liberauit. Sed & Iudæis cū legem esset daturus, prius mirabilia

DE
lia illa
tum de
it. Ita h
dam viu
plinam
set audi
struxit
hinc est
cit, han
tam. CA
stris edu
natorib
igis mir
doctrin
eò quod
tur sign
ctas, ost
cula ves
gito. O
gna, sed
rit, quæ
signoru
stit. Nar
mitus v
mirand
confirm

DE RETI. FIDE ORTH. 155

lia illa & prodigia magna ostendit, ac tum demum eis præcepta legis imposuit. Ita hinc quoque, cum sublimem quandam viuendi introducere vellet disciplinam, & quæ nunquam ab illis fuisset audita, auctoritatem mādatis suis præstruxit claritate signorum. Hæc ille. Et hinc est, quòd rectè D. Augustinus dicit, hanc auctoritatem miraculis inchoatam. CACOD. Quæ quæso signa, à vestris eduntur doctoribus atque concionatoribus, quod tantopere à nostris exigis miracula, nobisquæ insultas quasi doctrina nostra vera nõ sit, neq; à Deo, eò quòd illius professores nulla operentur signa? Profer virtutes à vestris factas, ostende prodigia, demonstra miracula vestrorum, & tunc à nostris ea exigo. ORTHO. Non iam virtutum signa, sed operum merita Ecclesia requirit, quæ ab initio sui, per attestationem signorum sufficienter radicata consistit. Nam cum Euangelica doctrina primitus vniuerso inueheretur mundo, ad mirandis signis (quemadmodum dixi) confirmata est & approbata à Deo. Cū

X itaq;

IOANN. SLOT. GEF

Cum itaque vestri aliam doctrinam prædicent ab ea quam scimus ab apostolis prædicatam, si velint ut adhibeamus fidem verbis eorum, & credamus doctrinam eorum esse à Deo & veram, ostendant signa, ut videamus & credamus eis. Quòd si nequeunt, cognoscant doctrinam suam non esse à Deo, qui semper quum nouam doctrinam dare disponderet mundo, eandem prodigijs & miraculis confirmauit, ut dictum est. Porro quum nostri prædicent atque tueantur eam fidem, eamque doctrinam, quam sciunt apostolos, apostolicosque viros, sanctos martyres atque doctores, tenuisse, prædicasse, atque sanguine suo defendisse, quæ (ut omnibus cognitum est) iam satis multo tempore, ac sufficientibus signis confirmata est, ut modò opus non sit, fidei atque doctrinæ nostræ professores atque magistros, nouis florere miraculis. Olim enim ut fides cresceret in exordio nascētis ecclesie, miraculis nutriēda erat. In hoc enim signa miraculorū manifestata sunt ut corda videntiū, ad inuisibilia credere

Veteris religionis professoribus non est opus miraculis.

DE
darape
gorij v
mus, ta
que ea
semel r
Hinc es
gnum f
bus. Ha
tatione
cremen
sibilibu
aquam
bem in
cula cet
raculis
iā p̄dica
dum es
hærenc
dum. Q
durus &
nem no
gis seip
so. ait h
ipsum r
que mi
rere à d

DE RETI. FIDE ORT. 165

daraperetur. Quoniã & nos (vt D. Gregorij verbis vtamur) cū arbuſta plantamus, tamdiu eis aquã fundimus, quouſque ea in terra valuiſſe videamus. At ſi ſemel radicẽ fixerint, irrigatio ceſſabit. Hinc eſt em̄ q̄ Paulus dicit, linguæ in ſi- gnũ ſunt, non fidelibus, ſed infidelibus. Haud ſecus etiam in nouella plantatione eccleſiæ, vt vel fidẽ, vel fidei incrementa hoĩes acciperent, miraculis viſibilibus erant prouocandi. Verũ poſteaquam Eccleſia iam per vniuerſum orbem in fide firmiter radicata eſt, miracula ceſſarunt, neq; modò amplius miraculis eſt opus, ſed fidei atq; doctrinæ iã p̄dicatæ atq; miraculis cõfirmatæ, ſtãdum eſt, illiq; credendũ & firmiter ad- hærendũ, neq; vllò pacto ab ea recedendum. Quòd ſi fortẽ quiſpiã ad eò fuerit durus & pertinax, vt miracula religionem noſtram confirmantia neget, is magis ſeipſum pudefaciet. Nam vt Chryſoſt. ait hom. 1. in Act. Apoſtolorũ) hoc ipſum maximum eſt miraculum, abſque miraculis orbem terrarum accurrere à duodecim paupibus & illiteratis

Miraculũ
maximũ
quodnam
ſit.

X. 2 homi-

IOANN. SLO. GEF.

hominibus attractum. Neque enim opulencia diuitiarum, neq; sapientia dicendi, nec alia re simili vicerunt piscatores, vt iam vel inuiti fateatur homines, in illis diuinam esse virtutem. Nam erat impossibile, vt vnquam res tanta virib. hominum conficeretur. Hæc ille. Vestris itaque concionatoribus doctoribusque incumbit doctrinam suam miraculis confirmare & per euidentia signa comprobare veritatem doctrinæ suæ, eò quòd nouam atque insolitã præferant, & Catholicæ ecclesiæ hæctenus inauditã, nisi quòd in patribus vestris Ioanne Vuiclefo, Ioanne Hus, & Hieronymo Pragenfi hæresiarchis partim audita, sed à catholica Ecclesia damnata fuit. Verùm quia id non possunt (non enim attestatur Deus falsitati) sciant doctrinam suam nouam, quam seminant, non apostolicam, Catholicam & orthodoxam esse, sed schismaticam, hæreticã, & in prioribus hæreticis damnatã. Nostri autem (à quibus Catholica & Apostolica doctrina promulgata est) non solum in vita, sed etiam in morte & post mortem

D
morte
lis. Vn
summa
stianor
rò & fa
la. Lib
guntu
Contr
admod
hæretic
clarus
rimi fu
imbibe
rint, vt
sustinu
fidiam
defend
alijs di
cruciat
cinerib
est ven
martyr
in com
fiæ def
hæretic
perieru

mortem, clarissimis effulserunt miraculis. Vnde eorum etiam cineres & ossa, summa veneratione per templa Christianorum seruantur, vbi etiam non raro & facta sunt, & fiunt adhuc miracula. Libri denique & scripta eorum, leguntur & approbantur ab omnibus. Contrà verò nullus vestrorum, quemadmodum etiam neque vllus vnquam hæreticorum, vllò hæctenus miraculo clarus fuit, quum tamen inter eos plurimi fuerint, qui prauum dogma quod imbiberant tam pertinaciter defendunt, vt etiam pro eo ignis supplicium sustinuerint. Licet enim pleriq; ob perfidiam (quam mordicus ac pertinaciter defendebant) concremati fuerint, aut alijs diuersis supplicijs confecti, dirisq; cruciatibus enecati, nulla tamẽ eorum cineribus aut ossibus vsquam habita est veneratio, quemadmodum sanctis martyribus nostris atque patribus, qui in communionem sanctę Catholicę ecclesię defuncti sunt. Deinde etiam libri hæreticorum vnà cum ipsis autoribus perierunt, atque omnino interciderunt.

Hæreticorum ossa & cineres, nulla sunt veneratio ne affectis.

IOANN. SLO. GEF.

**Hæretico-
rum libri
intercide-
rūt vt plu-
rimum.**

runt. Vbi enim nunc sunt Arrij com-
mentarij quibus Christi filij dei diuini-
tatē impiissimè impugnabat? Vbi Pho-
tini sunt monumenta, quæ partim Græ-
co, partim latino sermone composuit?
Vbi aliorum omniū hæreticorum, qui-
bus fidem Orthodoxam & Catholicam
impugnauerunt, libri? Nōne penitus
interciderunt? Nōne à catholicis igno-
rantur? Sic procul dubio etiā vestrorū
libris (quos nunc copiosissimè effude-
runt, quibusq; fermè totū repleuerunt
mundum, maximè autem infelicem
nostram Germaniam) cōtinget, vt post
centum annos ne nomina quidē libro-
rum futura sint. Quæ cum ita sint, ita
me in Catholica retinent Ecclesia, vt ve-
stris erroribus addicere me nequeam.

CAPVT III.

CACO. Demiror te affirmare no-
stris (quos tu pro hæreticis habes)
exultis aut extremo quouis supplicio
affectis, nullam habitam veneratio-
nem, quum tamē plerisque ex eis apud
nos sacra solemnia sint constituta atq;
in

DE
in eoru
nià no
interi
per or
propte
quam i
nocen
digni h
peruen
Syluiu
Bohen
Hus &
Bohem
nec mi
Roman
epist. M
ti c. 8.
id est, c
quinq;
p̄ciosis
posito
honor
audio
vestro
stratib
ctos, y

DE RETI. FIDE ORTH. 158

in eorum præconium & honorem huiusmodi nostris compositi decantentur, ut interim taceam celebritatem famæ, quam per omnes Ecclesias nostras habent, propter fortitudinem & constantiam, quam in pœnis ostenderunt, & ob innocentiam & vitæ integritatem, qua digni habiti sunt, ad gloriosam mortem peruenire. Huc accedit quod Aeneas Syluius in illa hystoria, quam de gestis Bohemorum conscripsit, astruit Ioanem Hus & Hieronymum Pragensem apud Bohemos meruisse martyrum honores, nec minores quam Petrus & Paulus apud Romanos. Denique D. Aug. in lib. contra epistolam Manichæi, quam vocant fundamenti c. 8. testatur Manichæos suum bema, id est, diem quo Manichæus occisus est, quinque gradibus instructo tribunali & preciosis linteis adornato, ac in promptu posito & obiecto adorantibus, magnis honoribus prosequi solitos. ORT. Ut audio, multum tribuis tuis. Afferis vestros à nostris principibus & magistratibus occisos, tanto honore affectos, ut eis sacra sint constituta solènia,

X 4 hym -

IOANN. SLOT. GEF.

Honores
hæreticis
constituti
à quibus fi
ant.

hymniq; decantati, quæadmodû etiam
apud Bohemos Ioannes & Hyeronim^{us},
martyrû honore digni habiti sunt. De
inde etiã retulisti famæ celebritatẽ, quã
per oës vestras ecclesias habent propter
fortitudinẽ & vitæ integritatẽ. Princi-
piò respondeo, quantû ad sacra solènia
à vestris cõstituta, & quantû spectat ad
hymnos eis compositos & decantatos,
eiuscemodi sacra & hymnos non cede-
re in illorum honorem, sed maiorẽ dã-
nationem, eò quòd fiant ab illis quos se-
duxerunt & in erroribus reliquerunt,
quos constat sanæ non esse sententiã,
neq; sani iudicij, vt mirum non sit, eos
qui in errore sunt positi, honorare eos,
quos cõstat in errore mortuos, quorû-
q; errores sequũt. Et qd mirû si vestri
suis ac diaboli martyrîb. eiusmodi ho-
nores exhibeant, quæadmodum Bohe-
mi hæresiarchis suis, & Manichæi suo
seductori fecerunt, quum fuerint olim
qui serpentẽ pro Christo venerati sint,
qui Cain parricidam, & Iudam prodi-
torem inter p̄cipuos habuerit sanctos?
Nihil enim tam absurdum quod non
facile

D
facile pe
derelict
tutis. De
in supp
stantiam
sanctissi
ones pe
tantur &
stantia &
pertinac
in error
descēde
fos reuo
dum vic
innocen
bitos tar
quidem
perfidia
quæ con
beant q
tatem ia
ant, con
tur inno
cum vit
fortituo
vestror

facile persuaderi possit hominib⁹ à Deo derelictis, & spiritus sancti gratia destitutis. Deinde nego eos habuisse veram in supplicijs fortitudinem atque constantiam, quemadmodum fortissimi sanctissimiq^{ue} martyres, quorum passiones per orbem Christianum decantantur & celebrantur. Non enim constantia & fortitudo fuit, sed superbia & pertinacia mera, qua ita detinebantur in erroribus captiui, vt viui ad infernū descendere maluissent, quàm semel sparsos reuocare errores. Nec minus negandum videtur, quòd asseris eos ob vitæ innocentiam & integritatem dignos habitos tam gloriosa morte. Gloriosa siquidem mors esse non potest quæ ob perfidiam & scelera infertur, propter quæ constat vestros esse passos, vt nil habeant quo suam innocentiam & integritatem iactitent. Quæ vt manifestiora fiant, comparanda siue conferenda videntur innocētia & integritas nostrorum, cum vita vestrorum, item constantia & fortitudo nostrorum, cum pertinacia vestrorum, & tunc clarius elucescet,

Hæreticorum mors, non est constantia, sed pertinacia

X 5 qui-

IOAN. SLOT. GEF.

qui nam pro veris martyribus Christi habendi sint, quibusue solemnia & sacri honores debeantur, & quibus non CACODO. Quo pacto de nostrorum fortitudine atq; constantia ambigere quis possit, cum conitet plurimos in tormentis & ignibus, non solum patientes fuisse, verum etiam exultasse, atq; præ læticia cantasse ipsa sui hilaritate contemptum pœnarum atq; cruciatum testificantes? ORTHO. Et ego tibi ostendam (modo patienter me audias) neq; eos veram patientiam, neq; veram læticiam siue exultationem habuisse, sed falsam atque simulatam. CACODO. Quamquam multa dicas, quæ mihi non probantur, tamen quia collationis gratia huc convenimus, patienter ac libenter te audiero, ORTHO. Quòd tibi multa non probantur à me prolata, vel ob hoc tibi accidit, quòd in secta enutritus, nihil aliud nosti, quàm quòd à sectarijs didicisti, vnde fit vt palatum habeas non sanum, affectione prava imbutus. Veruntamen quia attentum te polliceris, faciam periculum num fortè tibi sententi-

DE
tentiam
Age ex

O
tentiam
cam, vt
entia, &
quod v
nis. Et i
stini ve
Parmen
qui ob
bus rest
orum fi
bent al
sam atq
ginem
re impe
dis ille
cere ve
gum, p
so nom
nis aut
rit, nec
quoq;

tentiam meam persuadere possim. CA.

Age experire.

CAPVT III.

ORTHO. Ergo (ne quid dubites) non tibi meam super hac re sententiam, sed sanctorum patrum producam, ut clarescat qualis sit eorum patientia, & fortitudo, quā leue gaudium quod videntur habere heretici in pœnis. Et in primis profero tibi D. Augustini verba, quæ habet lib. 3. contra epi. Parmeniani ca. 6. de Donatistis loquens: qui ob id quod imperatorum iussibus restiterant, etiam correptionem eorum fuerant perpessi: Si (inquit) habent aliquam umbram (quamuis falsam atque fallacem, tamen nullam imaginem fortitudinis, iubenti non cedere imperatori, cuius vel humanæ laudis illecebra est, apertissimæ contradicere veritati. Et iterum: Sub vindicta regum, potest hominum pertinacia, falso nomine virtutis velle laudari, æternis autem ignibus concremari, nec erit, nec vocabitur fortitudo. Patientiam quoque falsam habent & simulatam, qualem

Hæreticorum quales sit fortitudo & patientia, qualeue gaudium,

Hæreticorum patientia, est probrosa,

IOANN. SLOT. GEF.

lem D. Cyprianus in sermone. 3. de bo-
 no patientiæ, scribit Philosophos habu-
 isse, apud quos quia vera sapientia non
 erat, nec vera patientia esse poterat. At
 iam in superioribus demonstratum est,
 neque apud vos neque, apud vllam se-
 ctam aut hæresim, veram sapientiam ef-
 se. Vnde ergo illis vera patientia, vbi ve-
 ra sapientia non est? Est ergo eorum pa-
 tientia falsa & probrosa. D. quoque Ber-
 nardus in sermone 66. super Cant. cir-
 ca finē, hunc in modum scribit de qui-
 busdam hæreticis: Mirabantur aliqui,
 quòd non modo patienter, sed & læti
 (vt videbatur) ducerentur ad mortem,
 sed qui minus aduertunt, quanta sit po-
 testas diaboli non modo in corpora ho-
 minum, sed etiam in corda, quæ semel
 permissus possederit. Nōne plus est si-
 bimet hominem inijcere manus, quàm
 id libèter ab alio sustinere? Hoc autem
 in multis potuisse diabolum frequēter
 experti sumus, qui se ipsos aut submer-
 serunt, aut suspenderunt. Denique Iu-
 das suspendit se ipsum, diabolo sine du-
 bio immittente. Ego autem maius exi-
 stimo,

Matt. 17

DE
 stimo, m
 immisi
 num, q
 ret. Nih
 tia marty
 mortis c
 istis cor
 pheta m
 coagulat
 verò leg
 eo videli
 deretur,
 lo vtiqu
 isto in le
 DCypri
 operibus
 ci marty
 rimum i
 manitate
 constant
 sto forte
 pus stup
 tus, hoc
 niūt, adu
 & affectu
 munt an

stimo, magisq̄ue admiror, quòd potuit
 immisisse in cor eius vt traderet domi-
 num, quàm vt semetipsum suspende-
 ret. Nihil ergo simile habent, constan-
 tia martyrum, & patientia horum, quia
 mortis contemptum in illis pietas, in
 istis cordis duritia operatur. Et ideo ^{Psal, 118}
 pheta martyris forsitan voce dicebat,
 coagulatum est sicut lac cor eorum, ego
 verò legem tuam meditatus sum, pro
 eo videlicet, quòd & si pœna eadem vi-
 deretur, longè diuersa esset intentio, il-
 lo vtique durante cor contra dominũ,
 isto in lege domini meditante. Denuo
 DCypria. in eo libro qui adnumeratur
 operibus eius, cui Titulus est de dupli-
 ci martyrio ad Fortunatum, sic ait: Plu-
 rimum interest inter barbaricam im-
 manitatem, & martyrum modestissimã
 constantiam, in se imbecillem, in Chri-
 sto fortem. Sunt qui certis artibus cor-
 pus stupefaciunt, ne sentiant crucia-
 tus, hoc modo se quidam malefici mu-
 niunt, aduersus carnificum manus. Sunt
 & affectus impotentes, qui sensum adi-
 munt animo, ita vt vel mortem impau-
 di

IOANN. SLOT. GEF.

Luc. 23

di perferat. Sed placidum illud ac mansuetum, illud humiliter sublime non videmus nisi in Christi martyribus. Non obtuentur trucibus oculis carnificem, non minitantur tyranno, magis dolent de illorum cæcitate, quàm de suis afflictionibus. Scilicet clamat & in illis Christus: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Non aliud spectant, quàm in cælum, vbi omnem habent repositam spem. Sic ipse dominus velut agnus sine voce ad maectationem ductus est, etsi quædidit vocem, ea magis declaravit animum mitem ac placidum, quàm vllum potuisset silentium. Quàm blanda oratione compellat Iudam proditorem? quàm placidè respondit cæsus alapa? quàm nihil ferocius loquitur Annæ & Cayphæ? quàm tranquillè respondit Pilato? Deniq; cū Pharisei veluti victores moverunt capita sua amarissimis conuitijs illum debacchantes, ille mitissimus clamat: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Ioannes Gerson quoq; declarat, quàm diuersum sit gaudium hæreticorum euntis in ignem & cantantis, & gaudium

DE
um Chr
um dese
efferum
ducedin
tum, & c
titer age
cipum &
stes cap
morti p
ris, non
tiens, su
fit spirit
immitte
tes à con
gni hab
meliam
patient
ci haber
se haber
gaudiu
tici, qu
sapiente
vel inclu
surū tñ
curo? Et
3. c. 27.)

DE RETI. FIDE ORTH. 162

um Christiani martyris. Quia gaudium desertoris est beluinum, furiosum, efferum, desperatione plenum, expers ducedinis, spiritus vana opinione natum, & quasi extortum vt videatur fortiter agere. Non secus ac latrones principum & ciuitatum proditores, aut hostes captiui, gestientes quasi dum sint morti proximi. Læticia aut veri martyris, non est contumax, sed benigna, patiens, suavis, plæna spei & fiduciæ, quia fit spiritu sancto autore, & dulcedinem immittente. Sic apostoli ibant gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati. Tale ergo gaudium, talem patientiam, talemq; constantiam heretici habere non possunt, sed simulant se habere. Et qd mirum, si patientiam & gaudium in cruciatibus simulent hæretici, quum Epicurus voluptatis assertor, sapientem semper dixerit esse beatum, & vel inclusum in Phalaridis tauro, emisurum tñ hanc vocem: Suaue est, & nihil curo? Et quis eum (inquit Lactantius lib. 3. c. 27.) non irriserit? maximè quod homo

Acto 5

mo

mo voluptarius, personam sibi viri fortis imposuit, & quidem supra modum. Et iterum: Beatus est igitur sapiens in tormentis, sed cum torquetur pro fide, pro iusticia, pro Deo. Verum quoniam hæretici patiuntur ob perfidiam, plerumque etiam ob scelera & turpitudines, non merentur martyrum gloriam quum non habeant martyrum causam. Non enim statim martyr est, qui occiditur, nam occiduntur fures, homicidæ, sicarij, piratæ. Quia non supplicium facit martyrem sed causa. De qua re plura scripsit D. Augustinus epist. 48. ad Vincetium, & 50. ad Bonifacium & 166 ad festum. Et lib. 2. Contra Cresconium grammaticum ca. 22. & lib. 3. cap. 59. et 63. et lib. 4. cap. 46. 50. et 51. Et in lib. 2. contra secundam Gaudentij epistolam cap. 12. D. quoque Cyprianus frequenter testatur, extra ecclesiam occisos, martyres esse non posse, maximè autem li. 1. epist. 1. et lib. 4. epist. 2. Et in tractatu tertio de simplicitate prælatorum. Quum itaque constet vestros, propter prava dogmata quæ pertinaciter defendebant, occisos,

Martyrem
non facit
pœna, sed
causa.

D
occisos.
pitudin
rant, ex
te aude
tiam &
mortem
esse non
cod. Ce.
ra & tur
ob Chri
Imò si v
tes, plur
xisse ves
fed & sc
re, quos
res, alea
bus etia
mus, & t
su viuen
Quòd p
cisos, fal
stiverbu
quoniam
ferment
miscenc
eauerun

occisos, plerosq; etiam ob scelera & turpitudines, quas hæresibus coniunxerant, extremo supplicio affectos, qua fronte audes asserere, eos ob vitæ innocentiam & integritatem, tam gloriosam mortem meruisse, quum gloriosa mors esse non possit sed pœna perfidiæ? **CACOD.** Certè constat, non omnes ob scelera & turpitudines occisos, sed duntaxat ob Christi verbum quod prædicabant. Imò si verum fateri velis, negare nõ potes, plurimos nostrorum inculpatus vixisse vestris, quos non solum culpam, sed & scandalosam vitam videmus agere, quos ebriosos, vinolentos, percussores, aleatores, fornicatores, & grauioribus etiam peccatis implicatos cernimus, & tamen magno vestrorum plausu viuere permittuntur. **ORTHOD.** Quod putas eos ob Christi verbum occisos, falsum est. Non enim quia Christi verbum prædicabant occisi sunt, sed quoniam Christi verbum adulterabāt, fermentum hæreseos Christi verbo immiscendo, & quia hoc quod malè prædicauerunt, pertinaciter potius defende-

*Hæretici
iuste occi-
duntur.*

IOAN. SLOT. GEF.

re voluerūt, quàm reuocare, idcirco iustissimè interempti sunt. Etenim si hi qui nummos adulterant, morte multatur quid de illis statuendum censemus, qui fidem peruertere conantur? Veneficus (qui vt vel mortibus multorū quaestui suo cōsulat) fonti vel puteo (è quo plurimi ad vsū suū hauriunt) venenum mortiferū immiscet, quo multi lætaliter inficiantur, si inquam talis deprehensus vltimo afficitur supplicio, quid non hæreticus? Nam hæretici venefici sunt deteriores, quia sacræ scripturæ (quæ fons est sapientiæ, per quam etiam fideles viuunt Deo. Non enim in solo pane viuunt homo, sed de omni verbo quod procedit de ore Dei) peruersorum dogmatum lætale virus infundunt ac immiscent, ex cuius gustu plurimi etiam moriuntur, dum aquas sacræ scripturæ, hæretica interpretatione infectas & deprauatas hauriunt, quæ mors tanto perniciosior censenda est, quanto anima in æternum victura, preciosior est corpore. Porro quòd affirmas plurimos vestrorū inculpatius vixisse nostris, quos non

Matt, 4

DE
non sol
dalofam
verum
potest. l
uerent,
hæretic
13. ca. D
fura diu
numeri
smatis c
D. Au. i
Donati
commi
tum, co
neri, qu
præocc
verba a
contra
profera
centes
orum
quibus
dam re
matis, à
mo ves
quam d

non solum culpam, verum etiam scandalosam videmus vivere vitam, etiam si verum esset tamen nihil tibi patrocinari potest. Nam etiam si inculpatisime viverent, nonne fatis magna culpa est esse haeticum aut schismaticum? Reuolue 13. ca. Deu. & leges quam seuera sit censura diuina in prophetas falsos. Et ca. 16 numeri: & cognosces quanta poena, schismatis crimine vlcisci voluerit. Iam si (vt D. Au. inquit lib. 2. de baptismo contra Donatistas ca. 6.) illud est sceleratius commissum, quod est grauius vindicatum, constat vestros grandi crimine teneri, qui & schismatis & haeseos vitio praecipiantur. Ea propter D. August. verba aduersus Donatistas prolata li. 2. contra literas Petiliani cap. 96. merito proferam contra vos. Et vos omnes nocentes & sceleratos esse, non alios aliorum criminibus, quae apud vos a quibusdam committuntur & a quibusdam reprehenduntur, sed crimine schismatis, a quo immanissimo sacrilegio nemo vestrum se potest dicere immunem, quamdiu non comunicat vnitati oim

Schisma-
tis crimen

IOAN SLOT GEF.

Sanctita-
tem simu-
lant hære-
tici pleri-
que.
Doctrinæ
asscribunt
aduersarij
peccata
morum

gentium. Haftenus ille. Deinde etiam hoc addendum existimo, plerosque hæreticorum nonnunquam inculpam ostentare vitam, & sanctitatem mentiri ac simulare, quo facilius sub pelle ouina possint imponere incautis. Sed & quàm peruersum quod si quid in moribus apud nos peccatur, id statim vestri ecclesiasticæ doctrinæ asscribant, Ecclesiæ abusus cum doctrina miscentes, quo facilius auditoribus suis inter dogmata & mores distinguere nescientibus, imponant, & ecclesiasticam doctrinam inuisam reddant. Si quid autem erroris inter simplices, ex rudi quadam ignorantia, aut superstititione subortum viderint, scriptoribus catholicis hoc ilico tribuunt, iridentes & cachinnantes è suggesto boant: Sic docent Papistæ, sic illi qui se catholicos nuncupant, animas perdunt, quo magis à se deceptos, à vera doctrina absterreât, & nõ solũ libros veritatis, qui illis cõtradiciunt nõ legant, verũ etiam execrent, atq; his tandẽ pessulis ostium miseræ rudiq; plebeculæ occludunt,

DE
dunt, &
cipiunt
tientia s
nit Salu
epistola
tur: Cat
nosse po
re poter
ris, Vigi
le est, ac
præditu
hæc for
enim pr
non era
scēdabat
patriam
tudo era
leret, n
Nam si f
virtus et
entibus
quia lab
b^o vera a

CA
no

dunt, & viâ percipiendæ veritatis interceptiunt. Hæriticorum fortitudo & patientia similis est Catilinæ (cuius meminit Salustius) fortitudini, de qua S. Au. epistola 29. ad Hieronimum ita loquitur: Catilina, vt de illo scripserunt, qui nosse potuerunt, frigus, sitim, famem ferre poterat, eratq; patiens in edie, algoris, Vigiliæ supra quam cuiquam credibile est, ac per hoc & sibi & suis, magna præditus fortitudine videbatur. Sed hæc fortitudo prudens non erat, mala enim pro bonis eligebat. Temperans non erat, corruptelis enim turpissimis scedabatur, iusta non erat, nam contra patriam coniurauerat. Et ideo nec fortitudo erat, sed duritia sibi, vt stultos falleret, nomen fortitudinis imponebat. Nam si fortitudo esset, non vitium, sed virtus esset. Et post pauca: Acutius intuentibus, ignauia apparet ipsa duritia, quia laborem bonorū studiorum (quibus vera acquiri fortitudo) neglexerat,

CAPVT V.

CAeterum libenter fatemur & agnoscimus mores populi nostri, i-

IOANN SLOT HEF.

mò & magistrorum & prælatorum populi, admodum esse viciatos, negam⁹ tamē ob id veram doctrinam esse defendendam, & aduersarios fugiendum. Mandandum est omnibus in catholica Ecclesia, & disciplina ecclesiastica reuocanda est, subiiciendiq; sunt homines disciplinæ, vt fiant disciplinatiores. Quod quia factum non est, sed neglecta est disciplina ecclesiæ, ideo mores hominum corrupti sunt, & permissa est à Deo ad nostram correptionem hæc secta inualescere, quæ quemadmodum ob peccata nostra ad tempus præualuisse visa est, ita quoq; peccatis nostris vt cūque purgatis, & disciplina reuocata, tandem euanescet, quemadmodum & omnes omnium temporum sectæ & hæreses. Sed de illis satis. Illud postremo loco pensiculandum tibi atque expendendum propono, quod disertissimus & sanctissimus Papa Leo in sermone primo in festo S. Apostolorum Petri & Pauli, ait: Preciosa (inquiens) in conspectu domini mors sanctorum eius, nec vlllo crudelitatis genere destrui potest,

**Ecclesia
persecuti,
onibus au
getur.**

D
test, sac
religio
bus Ec
minicu
dum gr
plicata
ascensio
vincul
fames,
nec ex
tatibus
fide pe
lūm vi
tūm in
virgine
guinis
go. Na
famatr
cit, nim
orem f
tionib
magis
per di
aquæ v
ditæ.
tia, p

test, sacramento crucis Christi fundata religio. Non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur, & semper dominicus ager, segete ditiori vestitur, dum grana quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur. Et in sermone. 2. de ascensione domini. Fidem nostram nõ vincula, non carceres, non exilia, non fames, non ignis, non laniatus ferarum, nec exquisita persequentium crudelitibus supplicia terruerunt. Pro hac fide per vniuersum mundum, non solum viri, sed etiam fœminæ, nec tantum impubes pueri, sed etiam teneræ virgines, vsque ad effusionem sui sanguinis decertauerunt. Et quòd D. Grego. Nazanzenus in oratione prima infamatrice in Iulianum imperatorem dicit, nimirum Christianismum honoratiorem ferè quàm imbecilliorè persequutionibus redditum, quoniam ijs animæ magis in pietate sunt obfirmatæ, & per discrimina tanquã ferrũ candens, aquæ vi temperatæ ac solidiores redditæ. Solet enim generosa prudentia, pertinacius violentiæ resistere,

Christiani
smus perse
cutioni-
bus red-
ditus est ho-
noratior,

IOANN. SLOT. GEF.

non secus ac flamma à vento agitata, táto plus accenditur, quando vehementi us inflatur. Item quòd Lactantius Firmianus li. 5, c. 13. asserit, nempe Christianorum numerum semper de deorum cultoribus auctum, nunquam verò, ne in ipsa quidè persecutione diminutú, sed martyrum patientiam fuisse insuperabilem. Quæ res manifeste ostendit, aliquid in ea re esse rationis, quòd non sine causa vsque ad mortem defensum est, aliquid fundamenti & soliditatis, quòd religionem nostram non tantum iniurijs ac vexatione non soluerit, sed auexerit semper & fecerit firmiorè. Item quòd in illo libro de duplici martyrio ad fortunatum qui adiectus est operibus D. Cypriani legitur in hæc verba: Quis nescit fratres, quam vberem puentum effudit Ecclesiæ seges, Apostolorum ac cæterorum martyrum sanguine irrigata? Quo plus sanguinis effusum est, hoc magis ac magis effloruit multitudo fidelium, hoc latius sparsit suas pagines, illa beata vitis à Christo stirpe surgens, & occupans orbem vniuer-

DE
uerfum
occide
strum. E
de cate
(inquit
cutione
fus Chr
impleb
mini pr
velut ou
Sed illa
sicut de
mino p
mites d
plus, q
guine r
ras, innu
morien
regna c
scendur
perbiæ
bat aut
no iden
tur, & e
farméta
loca fa

uersum, quacunq; patet ab oriente ad occidentem, ab aquilone, vsque ad austrum. Et quod D. August. habet in lib. de catechizandis rudibus c. 23. Postea (inquit) grauiores & crebriores persecutiones ex incredulis gentibus, aduersus Christi Ecclesiam surrexerunt, & implebatur in dies singulos, verbũ domini prædicentis: Ecce ego mitto vos, velut oues in medio luporũ. Et cap. 24 Sed illa vitis, quæ per orbem terrarum, sicut de illa prophetatum, & ab ipso domino prænunciatũ erat, fructuosos palmites diffundebat, tanto pullulabat amplius, quanto vberiore martyrum sanguine rigabatur. Quibus per omnes terras, innumerabiliter pro fidei veritate morientibus, etiam ipsa persequentia regna cesserunt, & ad Christum cognoscendum atque venerandum, fracta superbiæ ceruice conuersa sunt. Oportebat autem vt eadem vitis, sicut à domino identidem prædictum erat, putaretur, & ex ea præciderentur infructuosa sarmẽta, quibus hæreses & scismata per loca facta sunt, sub Christi nomine,

Matt. 9

Y 5 non

F.
ata, tã
ementi
us Fir
christia
eorum
rò, ne
inutũ,
insupe
tendit,
d non
ensum
ditatis,
n tan
luerit,
miorẽ.
ci mar
s est o
næc ver
erem p
Aposto
sangu
ffusum
multi
suas p
to stir
em vni
uer-

IOANN. SLO. GEF.

non ipsius gloriam, sed suam quærentium, per quorum aduersitates, magis magisque exerceretur Ecclesia, & probaretur atque illustraretur, & doctrina eius & patientia.

CAPVT VI.

Fidei nostræ veritas,

Perfidia nunquam diu persistere potest.

EX horum sententijs proculdubio intelligis Cacodoxe, veram nostram esse fidem, eamque doctrinam, quam ab apostolis vsq; ad nos deriuatâ, adhuc tenemus atque defendimus illibatam, eò quòd nullis vnquam quantumuis immensis & intolerandis persecutionibus potuerit extingui aut minui, sed semper auctior reddita sit atq; validior. Econtrâ verò omnis doctrina erronea, quamuis etiam potentia fuit fulcita, semper tamen defecit tandem, quia solidissimæ veritatis fundamento non fuit subnixa. Et vt exemplum vnum aut alterum proferamus in medium, quid potentius fuit Arrianæ hæreseos professoribus, quàm defendebant non solùm plurimi Episcoporum, verùm etiam reges & imperatores, & tamen tandem ita euanuit, vt ne reliqua

DE
quia
rint?M
quatic
& cert
doxi a
perpes
inuicta
que vlt
tuit, q
lidata.
nus or
doxos
runt c
resis d
rocius
stis?E
coerce
vt mo
lionu
script
do pe
Catho
qui o
eos, n
doxa
statu

F. DE RETI. FIDE ORTH. 168

quæren-
es, magis
, & pro-
doctrina

quæ quidem eius vllæ postea superfue-
rint? Mouerunt dum florebant, perse-
quutiones atrocissimas in catholicos,
& certè acerbiora pertulerunt Ortho-
doxi ab Arrianis, quàm fuerant antea
perpessi à gentilibus, perstitit tamen
inuiicta patientia Orthodoxorum, ne-
que vllò crudelitatis genere vinci po-
tuit, quia erat in petra Christo conso-
lidata. Porrò vbi vice versa, Christia-
nus orbis principes nactus est ortho-
doxos, & Arriani dignis pœnis cœpe-
runt coerceri, tandem etiam ipsa hæ-
resis defecit. Quid crudelius atque fe-
rocius Circumcellionibus & Donati-
stis? Et tamè cum imperatorum edictis
coercerentur, adeò tamen defecerunt,
vt modò Donatistarum & Circumcel-
lionum nomina, non nisi ex veterum
scriptis cognoscamus. Siquidem quan-
do permissione diuina ad correptionem
Catholicorum, sinuntur hæretici perse-
qui orthodoxos, purgantur quidè per
eos, nunquam tamè catholica & ortho-
doxa fides extinguitur, nec hæreses diu
statuuntur, sed tandè pace reddita & ec-
cle-

IOANN. SLO. GEF.

clesia clarior refulget ac triumphat, & tandem hæretica peruersitas interit & intercudit. Sic quoque & vestra secta, tandem proculdubio interibit, neque poterit perpetuò durare, eò quòd fundamento careat veritatis. Floret quidò adhuc secta, neque etiam nunc cristas deposuit, verùm si quando miseratione diuina, serenior aura afflauerit, vt dignis pœnis pertinaces subijciantur, tunc quàm fragilis sit & caduca perspicias, & quàm fœdum exitum sit habitura videbis. CACO. Quid si tanta nostris potestas accrescat, vt dogma suum defendere, & aduersarios vi compellere possint? OR. Certè si Deo permittente & sceleribus nostris exigentibus, vestri maiorem potestatem super catholicos accipiant, quam hætenus habuerunt, laniare & occidere, spoliare & patria ac sedibus suis propellere catholicos, minimè tamen ad perfidiam suam cunctos pertrahere poterunt, neque vnquam efficiant, quanta uis potentia & crudelitate vtatur, vt hæreses suas ppetuò & vniuersaliter statuunt, & catholicam Apostolicamq;

DE

licam
sed tan
dum o
tici) di
obtime
uicta v
pereru
sum, at
bis add
turas ac
vniuer

L



Nam ip
priorita
maxim
firmat,
am & e
veram e

licamque doctrinam è medio tollant, sed tamen funesto exitu (quemadmodum omnes omnium temporum hæretici) disperibunt, neq; quod moliuntur obtinebunt vnquam, adeò fortis est inuicta veritas. Hanc mihi fiduciam pepererunt, exitus præcedentium hæresum, atque pollicitatio Christi, qua nobis addixit, portas interi non præualituras aduersus ecclesiam Dei, maximè vniuersalem. Mats 26.

LIBER NONVS.
CAPVT I.



Aud est mi Cacodoxe of Vetustas
Ecclesiæ.
citanter prætereundum, quod D. Augustinus auctoritatem ecclesiæ, dicit vetustate esse firmatam.

Nam ipsa vetustas, siue antiquitas, vel prioritas temporum, nostræ doctrinæ maximè attestatur, & eam veram esse cõfirmat, vestram autem tanquam nouitam & erroneam condemnat, apud nos veram esse Ecclesiam demonstrat, apud
VOS